

4. *Si vis in regnum cœlorum ingredi, serva mandata. Matth. 19. v. 17.*

Sed nemo servat mandata:

E. Nemo ingreditur in regnum cœlorum.

Resp. Est fallacia Divisionis. Major sonat ut vox legis, cui ex Evangelio non additur ἐπιείκεια, & concinna interpretatio, quod docet ad Deum conversos justos esse fide propter Mediatorem & habere inchoatam obedientiam. B. Jacob Martini instit. Logic. lib. 7. p. 1092.

5. *Beati qui manent in lege tuâ:*

At qui nemo manet in lege tuâ:

E. Nemo est beatus.

Resp. Major in genere de lege loquitur: Minor vero in specie de solo Decalogo, cujus impletio naturæ nostræ corruptæ impossibilis.

Sic Photiniani & Arriani textum Rom. 9. v. 5. corrumpunt, & punctum post vocem οὐχὴ ponendum esse garrunt, ita ut subsequencia per exclamationem referenda sint ad Deum Patrem ut evincant non posse ex hoc loco demonstrari Christum esse

est
(7
su
di
se
re
m
si
D
R
q
tr
&
ft
C
p
in
b
v